

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Diuturnæ valetudinis prosperitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## CAP. VIII.

Invenio vitæ prosperitatem ac inoffensam valetudinem in longa ævi spatio productam, per hieroglyphicum Apum in secundo oleo ramo confidentium significari: id quod mihi Democriti responsum in memoriam adducit, qui olim interrogatus, qua ratione quis longiorem vitam assequi posset: interiora respondit, melle irriganda, exteriora vero oleo perungenda: quod hieroglyphice acceptum ostendit, animum quantacumq; fieri potest, suavitate permulcendum, hilaritatemq; undecunque captandan, omni prorsus amaritudine atque acerbitate procul ablegata, neq; quicquam quod exulceret, intromittendum, corpus vero exercitio consolidandum, quoquidem in otio torpe cere necesse sit. Nam ut commentario suo dictum, oleum inter alia significata exercitum quoque denotat. Sedenim Aristoxenus Pythagoricos plurimum meile usos tradit. Neq; tantum calidi panis sufficiunt Democritus vitam dies aliquot in amicorum obsequium produxisse fertur, verum & vapore mellis naribus admoto. Omnino autem ferunt, quibus mellis usus frequentior fuerit, vitam diutius prodūcere: contra vero, qui cibis acidis delectentur, brevioris esse vitæ. Sane Cynicos populos, qui scilicet Corsicam insulam incolebant, longævos vixisse tradit Atheneus, quod assidue mellis uterentur cibo. Nam & Diophanes, qui de re rustica libros conscripsit, longævos evadere dicit, qui mellis effatione delectari tuerint. Præstat vero in senecta ipsa plurimum pane & melle paci: neque enim solum, ut is asperit, vivacitatem adjuvat, sed & sensus omnes sanos & integros custodit. Quamvis, quod ad Athenæum spectat, nostri mel Corsicum dicant habere aliquid in se, quod amaritudinem fapiat, unde dixerit Ovidius de infesta exitiali cera:

*Ite hinc difficiles funebria lingua tabella,  
Tugue negaturis cem referita notis,*

Et Maro prius dixerat,

*Sic tua Cyreneas fugiant examina taxos.*

Insomnisum mel apud Macronas memorat Xenophon, quod qui copiosius edissent, & vomere & te abalienare cogebantur, neque quidem omnino stare poterant.

*Quam puto de longæ collectam flore cicutæ  
Melle sub infensi Corsica missi Apis.*

*Hericlie in  
Ponto mel  
confutatur,  
quod qui  
edere men-  
tiantur.  
Diocor. l.*

## MERETR IX. CAP. IX.

SED quoniam trahente rerum fluxu impiegimus in mellis vita, minime dissimulandum, quod quas dragesimis Hebraeorum castris Hieronymus putat Jonathan contra detestationem patris gustasse mel intellectu mystico, quod scilicet destillat à labiis mulieris, & forte deprehensum, vix populi precibus liberatum. Porro mel non offertur in sacrificiis Dei, & cera, quæ dulcia continet, non lucebat in tabernaculo, sed oleum purissimum, quod de olivarum exprimitur amaritudine. Quod vero sit verisimilius Hieronymi conjectura super Jonathan, Aristoteles tum milites plerosq; omnes mulierosos esse, tum scriptores rerum qui recentent Hebraeorum mores, gentem eam esse ponunt salacissimam. Sed Jonathan pro innocentia sua dicentem mihi videor audire: *Cur igitur ego conquestus palam sum, Jonathan  
satim imprudenter fecisse patrem meū, qui populum tam longæ adduxerit esfumitioni, ut vel modico cibo, quæ pro innocen-  
tia sua per-  
tors obtulisset, suorum vires veteris restaurari? Quorsum ulla hic impudicitia? Nam quomodo ego, qui à sa-  
ba.  
le exoriente hostes uno tantum comitatus famulo, cum per inaccessas crepidines adeos irreppisset, quotquot  
obviam habui aggressus cecidi, & in fugam verti, & mox accitis meis, ad vesperam usque per se veraniissima  
occidione persecutus sum: quo pasto deliciae & genio vacare potuisset, qui presummo Dei nostri honore,  
populi, torii incolumentis, ad extremam usq; deflassationem confectus eram? quare illa obscuro adulterina,  
confusa, subdititia, nequamquam à tam probo, tam pio, tam acri veritatis propugnaculo, tam immitito de-  
me umquam cogitata crediderit.*

## EXOTICÆ DISCIPLINÆ. CAP. X.

UT vero nos mellis damna prosequamur, id etiam addemus, quod Hierosolymitus Heschius nō Poeticam tantum, verum omnem Gentium doctrinam per mellis Apum & hieroglyphicum significari tradit, quod in suavitate verborum & eloquii dulcedine tota consistit, rerum autem inanis est. Eoq; trahunt Salom. illud ex Prov. *Non resificies ad mulierem meretricem, favus enim distillans labia* *pro. c. 5.* *nus*

Rr